

Secundus

giorem trahit limitem. Emicant & trabes simili modo: quas docos uocant, quales cū lacedemōi clas-
se uicti imperium græcie amiserunt. Eit & cæli ipsius hiatus uocant chasma.

De cæli coloribus. cap. xxyii.

Il & sanguinea sp̄: quo nihil terribilius mortalium timori. est incendium ad terras cadēs i-
de. Sicut oīlympiadis centesimæ septime anno tertio cum rex philippus græciam quateret.
Atq; hæc ego ratis tēporibus naturæ ut cætera arbitror existere: nō ut pleriq; uariis d̄ causis
quas ingenio tum acumen excogitat. Quippe ingentium malorum fuere prenuntia. Sed ea accidisse
nō quia hæc facta sunt arbitror: uerum nec ideo facta quia incasura erant illa raritate autem occul-
tam eorum esse rationem: ideoq; non sicut exortus supradictos defectusq; & multa alia nosci.

De flamma celi. cap. xxyiii.

Quærentur & stelle cum sole totis diebus: plerumq; & circa solis orbem ceu spem corone &
uērficoloris circuli: Qualiter Augusto Cesare in prima iuuenta urbem intrante post obituz
patris ad nomen ingens capeffendum. De coronis celestibus. cap. xxix.

Quærentur eadem corone circa lunam & circa nobilia astra celo quoq; inhaerentia Circa solē
arcus apparuit. L. opinio. iii. Q. fabio. ii. cons. orbis: L. portio. M. Acilio.

De circulis repentinis. cap. xxx.

Irculus rubri coloris: L. iulio. P. Rutilio cons. Fiunt prodigiosi & longiores solis defectus
qualis occiso dictatore Cesare. & antoniano bello totius pene anni pallore continuo.

Plures soles. cap. xxxi.

Quærentur plures soles cernuntur. nec supra ipsum nec infra: sed ex obli quo nunq; iuxta: nec
contra terram: nec noctu. sed aut oriente aut occidente. semel in meridie cōspecti i bospho-
ro produntur. qui a matutino tempore durauerunt in occasum. Trinos soles antiq; sepius
uidere. Sicut. Sp. postumio. Qu. Minutio. Qu. Martio. M. portio. M. antonio. p. Dolobella & M. Lepi-
do. L. planto cons. & nostra ætas uidit Diuo Claudio principe consulatu eius Cornelio orfito colle-
ga: plures simul q̄ tres uisi ad hoc æui nunq; produntur.

plures lunæ. cap. xxxii.

Vne quoq; trine. ut Cn. Domitio. C. F. L. annio cons. apparuere: quos pleriq; appellauerūt
soles nocturnos. Dierum lux nocte. cap. xxxiii.

Vmen de celo noctu usum est. C. Cecilio. Cn. papyrio cōs. & sepe alias ut diei species no-
ctu. luceret. Clypei ardentes. cap. xxxiiii.

Lypeus ardens ab occasu ad ortum scintillans transcurrit solis occasum. L. Valerio. Cn. ma-
rio cons. Ostentum celi. cap. xxxv.

Intillam e stella cadere: & augeri terre appropinquantem: ac postq; in lune magnitudinem
facta sit illuxisse ceu nubilo die. Dein cum in celum se reciperet. lapadē factam semel unq;
proditur. Cn. octauio. C. Scribonio cons. Vidit hoc Licinius Syllanus proconsul cum comitatu suo.

De discursu stellarum. cap. xxxvi.

Ieri uidentur & discursus stellarum nūquam temere ut non ex ea parte truces uentū cōtrā
tur: & ex iis tunc procelle in mari terrisq;. De stellis castoribus. cap. xxxvii.

Idi in nocturnis militum uigiliis inherere pilis pro uallo fulgurum effigies: est & antennis
nauigantium aliis nauium partibus ceu uocali quodam sono insistant ut uolucres sedem

ex sede mutantes. Graues cū solitarie uenere: mergentesq; nauigia: & si in carine ima deciderint exu-
rentes. Gemine autem salutare: & prosperi cursus prenuntie. quarum aduentu fugari diram illā ac-
minacem appellatamq; Helenam ferunt. Et ob id polluci & Castori id numen assignant: eosq; i ma-
ri deos inuocant. Hominum quoq; capita uespertinis horis magno presagio circūfulgent. omnia i-
certa ratione & in nature maiestate abdita.

De aere. cap. xxxviii.

Actenus de mundo ipso syderibusq;. Nunc reliqua celi mēmorabilia. Nanq; & hoc celum
appellauere maiores: quod alio nomine aera: omne quod inani simile uitalem hūc spiritū
fundit infra lunam hæc sedes: multoq; inferior. Ut animaduarto propemodum. constare.
infinitum ex superiore natura aeris & terreni halitus miscens utraq; forte confunditur. Hinc nubila
tonitrua. & alia fulmina. Hinc grandine & pruine: hymbres: procelle. turbines. hinc plurima mor-
taliū mala: & rerum nature pugna secum. Terrena in celum tendentia deprimit syderum uis. Ea-
demq; que sponte non subeant ad se trahunt. Decidunt hymbres. Nebule subeunt. Sicantur amnes
nes. Ruunt grandines. Torrent radii: & terram in medium undiq; impellunt. Iidem infracti resi-
liunt: & que potuere auferunt secum Vapor ex alto cadit: rursusq; in altum redit. Venti ingruunt
inanes: lidemq; cum rapina remeant. Tot animalium haustus spiritum e sublimi trahit.